

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

De Adelgero, Tertio Hvivs Monasterii Abbatе; qui præfuit annis 6. mense
1. diebus 3. & de gestis eius, aliisque ad præsens opus occurrentibus.

urn:nbn:de:0128-1-17336

M C L X V I I I .

Anno Crafftonis abbatis 17. Arnoldus archiepiscopus Moguntinus in monasterio S. Iacobi prope Moguntiam, à ciubus suis crudeliter occisus fuit, in die S. Iohannis Bapt. 17. Arnaldus archiepiscopus Moguntinus in monasterio S. Iacobi & praepositus S. Petri, cum alijs multis. Cæde peracta Gotfridus abbas sancti Rodolphus impietatis sua & complicitibus se in ciuitatem mox repererunt, qui clero compulsu Rodolphus filium Conradi Ducis de Zeringen in archiepiscopum elegerunt; qui cum Imperatore placare muneribus velleret, ecclesiam omni ornatu suo spoliauit: sed Imperator & eum & munera eius contempsit. Verum Conradus Palatinus Rheni, ex uno parente frater Imperatoris, fugato Rodolpho Christianum quendam in archiepiscopum sublimauit, qui tamen ea vice ad Episcopatum non peruenit. Imperator enim vtroque refutato Conradum fratrem Ottonis comitis Palatini de Wittelsbach in archiepiscopum sublimauit, quem etiam post biennium (sicut ibi dicitur) expulit, & Christianum in locum eius ordinari fecit. Porro interfecto Arnoldo (sicut dictum est) in monasterio S. Iacobi, locus ipse fuit destrutus, & mansiones monachorum omnes euerteruntur, monachi fugati, & abbas de patria proscriptus: itaq; per annos 12. diuina obsequia nulla sunt ibidem celebrata. Monachi autem fugati ad diuerfa monasteria se contulerunt, & quibus quatuor hic multo tempore fuerunt ex fraterna charitate sustentati: sex in monasterio S. Disibodi, atque alii in alijs locis suscepiti. Murus etiam ciuitatis Moguntiae, Imperatore iubente, destruktus fuit in circuitu, ita quod Moguntia per annos 36. sine muro stetit. Cines autem omnes ante redditum Imperatoris ex Italia, qui in mortem archiepiscopi consenserant, præter pauperes & mendicos, fugerunt.

M C L X X .

Anno Crafftonis abbatis xix. Conradus archiepiscopus Moguntinus confœderatus se juramento Alexandro papa. Vnde commotus Imperator de archiepiscopatu & patria eum expulit, & confagere ad papam coagit: cui papa dedit Sabinensem Ep. Icopolitum. Vnde quamdiu postea vixit in Moguntiensi Archiepiscopum & Sabinensem episcopum scripsit. Illo autem expulso Imperator Christianum, qui ante eum fuerat electus (sicut diximus) in archiepiscopum sublimauit, qui præfuit annis 13. quo mortuo Conradus ad ecclesiam Moguntinam reuersus est, ut suo loco inferius dicemus.

M C L X X I I I .

Anno suo xxii. Dominus Craffto abbas S. Irminæ virginis caput, quod in principio promotionis sua ab Hillino archiepiscopo Treuirorum impertrauerat, pulcro receptaculo argenteo vespertinum, & preciosissimum in circuitu lapidib. exornauit, ad ecclesiæ decorum. Verum post multos annos, cum flatus rerum temporalium per malum regimen abbatum & improbam vitam monachorum nimium esset collapis, sub Crafftone huius nominis secundo, argenteum per eum caput venditum est, & cupreum (quod hodie cernitur) substitutum.

M C L X X V .

Craffto abbas secundus huius monasterij Sponheimensis, filius Megenhardi comitis & fundatoris nostri, hoc anno 5. cal. lunij obiit, & in codem sepulcro cum Bernhelmo predecessore suo sepultus fuit in medio chori: vir per omnia religiosus atque sanctissimus, qui multa bona huic monasterio fecit, & multas possessiones pro fratribus sustentatione comparauit. Super eius tumulum versus excisi videntur, qui amborum præmissis nominibus in prosa, sic sonant:

*Abates clari, quibus accedit huc tumulari,
Ambo Deo chari sunt modo pace part.*

Hos versiculos Anselmus Prior fecisse creditur, quia homo studiosus & doctus fuit. Moritur autem abbas Craffto morbo dysenteriæ solitus, anno ætatis sue LVIII. Abbatiae vero XXIV. & mense secundo.

50 DE ADELGERO, TERTIO HVIVS MONASTERII ABBAE; qui presfuit annis 6. mens. dtebus 3. & de gestis eius, aliisque ad presens opus occurribus.

M O RTV O reuerendissimo abbate domino Crafftone, & non sine multis fratrum la- crumis tradito ecclesiastica sepulturæ in medio chori (sicut diximus) pro electione noui pastoris iidem fratres ad locum capitulare 4. cal. lunij conuenerunt, in uocatoq; Spiritu S. munere, & multa inter se deliberatione præhabita, tandem vnanimiter elegerunt Adelgerum uenerabilem monachum, ecclesiæ nostræ custodem, virum maturum, & tam

Y 2

Trithem

Opel Histoi

*Adelgeri
matritas.
Pueritia.*

*Inuentus.
Studia.*

*Adelgerus
fit Schola-
sticus.*

*Fit mona-
chus.*

*Clementia
moritur.*

*Adelbero
Cellarius
moritur.*

*Hiltrudis
moritur.*

*Anselmus
Prior mori-
tur.*

*Eberoldus
fit Prior ter-
tius.*

256

CHRONICON TRITHEMII

in spiritualibus quam in temporalibus peritissimum; qui à Christiano archiepiscopo Moguntino solemniter ordinatus fuit. Praesuit huic monasterio satis protide annis 6. mense, & diebus 3. Iste Adelgerus natus patre Theodone, matre vero Amalberga ciuibus Moguntinis, honestis & Christo deuotis: in pueritia sua literis traditus ab ipsis parentibus in civitate Moguntina fuit, qui præceptorum diligentia cum aetate non parum in scripturis maxime secularibus profecit, & multos coetaneos suos moribus & scientia superauit. Deinde cum esset annorum viginti, amore sapientiae ad Gymnasium totum orbe famosissimum Parisiorum se contulit, & per septennium in eo commorando in omnibus scientia, tam divina quam humana, magnifice profecit. Elapso autem septennio Moguntiam reuertitur, & propter famam eruditio[n]is sua Scholasticus ibidem ordinatur, ubi multos ingeniosos iuuenies in discipulos accepit. Tandem vero parentibus iam defunctis, cernens multos per abrupta vitiorum in perditionem ire, mundum cum vanitatibus suis pro Dei amore defecit, & veniens hoc sub Crafftone abbate monachus factus est. Eius conuersatio sine reprehensione inter fratres fuit, humilis & quieta, nulli grauis, nulli vnguam molesta. Denique ordinatus in abbatem omni studio & solicitudine curauit se fratribus utilem patrem exhibere, & non minus exemplo quam sermone ad bene viuendum instruere. Sub eius enim regimine disciplina monastica laudabiliter hic viguit.

MCLXXVI.

Anno MCLXXVI. Adelgerus Abbas Sacristi iuxta summum altare ad laudem confixit propter maiorem commoditatem; quæ prius fucrat iuxta absidem Aquilonarem, vbi nunc est locus capitularis, inter refectorium & ecclesiam constituta.

Hoc ipso anno moritur Clementia virgo monialis in horreo Treurensi, 12. calend. Aprilis, quondam sponsa domini Crafftonis comitis, & abbatis secundi huius monasterii, filia comitis de Hohenberg. Haec deuotissima virgo, Christi amatrix ferventissima fuit, quæ diebus & noctibus intenta orationi & contemplationi, nihil amplius quam Deo placere in omnibus cupiebat. Denique non sine opinione magna sanctitatis decepit anno aetatis sue xxi. conuersionis autem ad ordinem nostrum 27. indictione nona. Sepulta in ecclesia S. Irminæ.

MCLXXVII.

Anno MCLXXVII. Adelbero Cellerarius primus huius coenobij, monachus quondam sancti Albani Moguntinensis, qui cum primis monachis fuit hoc missus, obiit hoc ipso anno 3. idus Novembris, anno aetatis sue LXXXVI. qui officium Cellerarii strenue fecit, annis ferme tribus & quinquaginta, & cum magna diligentia & charitate necessariam rebus domesticis semper curam impedit.

Sancta etiam Hiltrudis virgo & monialis apud Bingates, filia Megenhardi Comitis de Spohem, soror Crafftonis abbatis nostri secundi supradicti, hoc ipso anno 15. cal. Decemb. in Domino quieuit: cui beata Hildegardis, Magistra eius, testimonium sanctitatis perhibuit.

MCLXXVIII.

Adelgerus abbas anno regiminis sui tertio Erenfridum monachum suum misit ad Romanam, pro quibusdam negotijs huius monasterij expediendis, qui inde reuertens, inter alias reliquias notabilem particulam de S. Johanne Baptista apportauit, quæ cum magna reverentia & honore susceptra est. Ipse etiam Adelgerus abbas pro decoro ecclesie & reverentia reliquiarum parvas capsulas fieri fecit, alias de ebore albo, alias de lignis superductis laminis æreis deauratis, quas reliquijs sanctorum diuersis impleuit & ornauit. Inter multa quoq[ue] sacre lectionis volumina, quæ ad usum & utilitatem fratrum eparauit, conscripsi fecit Noui & Vetus Testamentum pulcro charactere, in tribus magnis voluminibus, per manus Godescalci monachi huius coenobij, qui fuit optimus scriptor, & librorum sacra scripturae reparator vigilansissimus. Hoc ipso anno monasterium S. Iacobi in more specioso prope Moguntiam ante aliquot annos propter necesse Arnoldi archiepiscopi dirutum reedificari coepit; permissione Imperatoris Friderici primi, & auxilio Christiani archiepiscopi. Hoc coenobium Lineboldus archiepiscopus Moguntinus fundauit anno Domini MLI.

MCLXXIX.

Anselmus de Bickelheim cognatus S. Hildegardis, secundus Prior huius monasterij 12. cal. Ianuarij obiit, anno Prioratus sui 43. qui fuit inter primos 12. de monasterio S. Iacobi huc missus, ut supra dictum est. Erat enim vir bonus & regularis, disciplinae amatissimus, præcipiusque qui moriens 20. monachos post se in hoc coenobio bene institutos reliquit. Ipse Bibliotheca non mediocriter auxit & scriptores optimos quamplures instituit. Post eius discessum Adelgerus tertius Prior instituit Eberoldum nomine, monachum satis eruditum,

qui

qui sex annis Prioris officium gessit, & postea sub Baldemaro abbatte depositus fuit, causam depositionis non aliam habens nisi quod nimium in obseruantia monastica videtur remissus, scipioque admonitus emendare contempsit, quæ causa plus quam sufficiens fuit ab omnibus comprobata.

Hoc anno S. Hildegardis virgo Christi, monialis nostri ordinis, fundatrix & Magistra cœnobij sancti Ruperti iuxta Bingen 15. calend. Octobris moritur, anno etatis sua LXXXII. in dictione xiiii. sepulta cum magno honore ante maius altare præfatae ecclesie, astantibus multis honorabilibus personis & tota congregatione. Haec sancta virgo diuinis reuelationibus visitari à iuuentute sua meruit, ex quibus multa iussione diuina ad utilitatem posterorum conscripsit. Verum cum esset Latini sermonis ignara, & preter simplicem psalmodiam nihil ab homine didicisset, interno Spiritus sancti magisterio edocta, omnem scripturam positionem seu constructionem orationis perfecte intellexit. Reuelationes autem suas & visiones cœlestes partim Latino partim Teutonico protulit eloquio; quas Gotfridus monachus S. Disibodi, capellanus & confessor eius, fecit latinas & cōgruas; redigens in eum ordinē & formam in qua hodie leguntur. Inter cetera vero eius volumina, magnum in codice loco volumen, epistolas eius ad diuersos, Homiliae, vidas sanctorum, & alia qua diuinitus edocita edidit, continet: quod moniales istius loci eam propria manuscripsisse falso confirmant, cum & latini sermonis fuerit ignara, & ad scribendum proper crebras infirmitates & humidum caput penitus indisposita. Nihil enim eorum, quæ ibi ostenduntur hodie, propria manu scriptisse credendum est; quippe cum nesciret scribere, sed prefatus monachus omnia vel scripsi vel scribi procuravit.

M C L X X X I.

Hoc anno Adelgerus abbas huius monasterij tertius, obiit 6. nonas Iulij circa horam XII. in media nocte sepultus in choro fratrum ante gradus presbyterij: sub cuius abbatis regime fratres bona fuit disciplina regularis in praetenti loco, & summa charitas inter fratres ac religio deuotio, quæ fama circumquaque laudabiliter diffusa, magnam fidelium populorum reuerentiam promeruit. Vnde quamplures largas huic loco elemosynas cōferentes, fratrum se orationibus commendarunt, nec solum in vicino consistentes beneficij suis fratrum inopiam relueant, studebant: verum etiam de remoris locis homines fratrum deuotione prouocati huic loco elemosynas transmiserunt. Inter multos autem ponemus vel vnuim, ut dictorum veritas comprobaretur. Sic enim inter cetera fratres cuidam largienti sua huic monasterio scripterunt: Beate memoria Wernerius, p[ri]stor S. Columbae in Colonia, decem marcas dedit pro vinea in Monacha emenda, ut annuatim et vel cognato suo Wilhelmo, abbas in Sponheim carthaginis vini persolueret. Post discessum autem aunculatu Wilhelmu[m] vineam supra memorata ville accepta plena fraternitate ad usum fratrum obiulit, ut in anniversario Domini sui in pane & vino macrificaque p[re]cibus plenam charitatem habentes, gaudent in Domino, gratias ei pro hoc beneficio agentes. Quod ut ratum semper habetur, presentis pagina attestatio sub abbatis anathemate firmatum est, ut signis hoc cassare voluerit, vel cassauerit, deleatur de libro viueptum, & cum iustis non scribatur, nisi per penitentiam & satisfactionem respuerit. Ceteras autem donationes fidelium huic monasterio sub Adelgero abbatte factas, cum plures fuerint, ad tollendum fastidium recensere hoc loco non volumus.

DE BALDEM ARO. HVIVS LOCI QVARTO ABBATE; QVI
prefuit annis 17. mensibus 11. diebus 17. & de gestis illius circa præsens
monasterium.

ADELGER O autem tertio huius monasterij abbatte (sicut diximus) mortuo atque sepulto, duo ex fratribus non fuerunt præsentes, quorum expectatio aduentu, & tertia demum comparentibus, hoc est, 3. nonas Iulij, prior Eberoldus vna cum fratribus conuenit, ratiis de noui abbatis electione coepit habere tractatum, & post multos tandem tractatus, à saniore parte conuentus Baldemarus monachus huius loci, qui cantoris & armarii officium multis annis gesserat, fuit in abbatem electus, in quem & ceteri omnes vñani miter prebueru[n]t consensu. Qui ordinatus à Christiano archiepiscopo Moguntino huic monasterio præfuit annis XVII. mensibus XI. diebus 17. vir satis religiosus & expertus in utroq; statu rerum claustralium. Hie fuit è coinitatu Sponheimensi oriundus, in villa Creutzennacht, parentibus secundum seculum honoratis progenitus: qui sub Craftone abbate ad monasterium veniens monachus factus est, cum annorum esset 18. iuuenis bona indolis, & iam non mediocriter in principijs literariae institutionis eruditus. Sororem habuit hic in Clauſa cum alijs sanctis virginibus pro Christi amore reclusam, quæ conuersio-

Y 3

no archiepiscopo Mo-
uide annis 6. menie.
lberga ciuib[us] Mogun-
tis parentibus in cui-
parum in scripturis ma-
gentia superauit. Dende
tum orbe famosissimi
omni sc̄entia, tam ciu-
guntiam reuerunt, &
multos ingeniosissime
cernens multos per ab-
us pro Dei amore de-
siderio sine gre-
quam molesta. Den-
fratribus utilem pa-
endum instruere. Sub-

m altare ad latram con-
bsidem Aquilonarem, a
tituta.
Treuirenſi, 12. calend
undi huius monasterii,
trix feruentissima fuit,
implius quam Doce-
ntitatis deceſſa anno
indictione nona. Seq-

bij, monachus quo-
hu missus, obiit hoc
Cellerarij strenue gl-
charitate necessitan-

Megenhardi Comitis
anno 13. cal. Decem-
bris sanctitatis perdidit.
achum suum miseri-
i inde reuertens, inter-
tauit, quæ cum magna
decore ecclesia & re-
as de lignis superdosis
& ornauit. Inter multa
parauit, conscribuit
voluminibus, per mo-
& librorum facie Ioh-
nobi in mō specio
episcopi dirutis tradit-
christianis archiepiscopoi
anno Domini MIII.

Prior huius mona-
stros 12. de monasterio S.
aris, disciplina aman-
nstitutio reliquias h[ab]-
res instituit. Post eius
monachū satiſendit,

*S. Hildegardis
dui moritur.**S. Hildegardis
dui eruditus.**Adelgerus
abbas ter-
tius mori-
tur.**Multa be-
neficia huic
loco colleca-
ta.**Baldema-
rus abbas
quartus.**Civis L.
nach villa.*